



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Longinvs M. 15. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

154 *Vita Sanctorum.* 15. M A R T .
bulare , sociisque & laborantibus sola-
men addere , & fatigatis sudorem ab-
stergere illa manu, quâ, cùm lubet, nu-
bes abstergit , & cælum serenat. Certè
tanti esse PETRVS credidit VIRGI-
NEM vidisse , ut cùm ex ægritudine
alterum deinde oculorum amisisset ,
minimè ægrè hoc ferret , memor , in
quali oculo oculum suum abscondis-
set. Imò gratulatus sibi luscus est , è
duobus hostibus (sic enim ille oculos
indigitabat) unum saltem amisisse. Li-
brens igitur etiam alterum beatâ morte
clausit. *Ex Petro de Natal.*

S. L O N G I N V S M. 15. Martii.

LONGINVM ajunt Centurionem
Iesus cohortis fuisse , quæ Servatori,
& è cruce pendenti , & tumulo cōdito,
custodiæ causâ fuit addita ; Eundem
lanceâ latus hausisse sacratissimum , ge-
minosque amoris fontes sanguinis &
aquæ nobis dedisse , autori etiam suo
salutares, quippe cuius oculis medicinâ
fecisse liquor illapsus memoratur. Id
certè nemo negaverit tot miraculorum
spectatori mentis oculos apertos esse ,
& cùm facinus jam suum, ac Indæorum
videret, pectus planxisse , & testimonium
divinitatis crucifixo dedisse. Id cùm
& tunc & in publico post concilio fe-
cisset, odiumque ingens sibi conflasset ,
Cappadociam gemino cum comite
petiit.

16. M A R T . *Vita Sanctorum.* 155
periit. Sed & invidia comes ivit Iudeorum, & missi à Pilato, qui caput LONGINI referrent. In hos dum fortè offendit, ipse cognitos incognitus domo excipit habetque per liberaliter. Postridie LONGINVS LONGINVM prodit, mirante & tesseram hospitii frangere ipso hoste renuente. Sed animos addit LONGINVS, jamque Martyrum purpuram ambiens vestes candidas induit, animamq; cælo, caput Pilato dat ferendū. Hic nobile spolium in simetū abjecit. Prodidit tamē iterum se Divus, & ut sepulchro caput cum filii cadavere conderet, matronam oculis destitutam monuit. Itaque tantum thesaurū reperit cœca. Sed & oculos unā reperit.
Ex Metaphr. & vitâ Christi Germ.

S. A B R A M I V S E R. 16. Martii.

A BRAMIVS nobili loco natus, ipso festo nuptiarum suarum die, cùm domum sponsa ducenda esset, damna-
to thalamo, & sponsæ & mundo se subducens, in loca sola ausfugit. Inde
sacris initiatus, efferam gentem longā patientiā, & supra quām credi potest,
magno labore Christo subegit. Sub
hæc Maria neptis ex fratre, quam
ille à teneris, moribus optimis ac sum-
mā pietate imbuerat, cum semel lapsa
esset, per omnia deinde vitia voluta, ex
cremo demum in mundum (hoc est

ex